



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

6. An liceat & illu[m], qui no[n] nisi pro notabili pecuniæ summa vult
baptismu[m] ministrare?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

R. Non peccare contra præceptum Ec-
clesiæ, si sine solemnitate ministret, quia il-
la prouidentissima quamuis hæreticos ab-
solutè præscindat, neuti quam tamen hunc
casum cogitat comprehendere, vt iam ali-
quoties diximus.

Q V Æ S T I O VI.

An liceat & illum, qui non pro notabili pecuniæ
summa vult baptismum mini-
strare?

Quæstionis explicatio.

Diximus superiore capite cum com-
muni sententia, quo sensu liceat quæ-
piam pecunia conducere qui ministret sa-
cramenta, & indecisum reliquimus, an etiã
pro ipsa baptismi administratione in extre-
ma infantis necessitate hoc ipsum licitum sit,
puta, est aliqua parturiens prædiues igno-
rans formã baptismi, nec aliquẽ reperiens
qui prolem suam baptizare velit præter ini-
quum & auarum sacerdotem, qui aduertens
solicitudinem matris pro salute suę prolis,
rogatus vt baptizet, petit pro ministracione
baptismi magnam pecuniæ summam.

a Gers. tract.
de sym. ad 6.
rationẽ. Sot.
lib. 9. de iust.
& iure, q. 6.
art. 9. Adria.
quodl 9. Les-
sius lib. 2. de
iust. & iure,
c. 35. dist. 7.

Responso.

IN (a) huiusmodi extrema infantis neces-
sitate licet: Est assertio Gersonis & Soti,
Adriani

Adriani & Lessii. Ratio potissima eorū est, quia si in ista pecuniæ numeratione aliqua esset inordinatio, in hoc esset, q̄ numerādo pecuniam videatur quis consentire venditioni rei spiritualis, & pretium temporale exæquare rei spirituali; sed neutrum est in hoc casu: non enim numerans magis consentit vēditioni quam p̄tehs mutū consentit iniquæ voluntati vsurarii, & si consentiret, tantum consentiret tanq̄ in minus malum, minus enim malū est, vt sacerdos vēdat baptismum, quam vt infantem in æternum p̄fīre sinat. Neque etiā censetur æquare pecuniæ summam quamuis notabilem baptismō, quia non dat illam vt pretium sacramenti, sed vt medium necessariū ad alliciendum sacerdotis illius animum & sacramentum obtinendum. Et cōfirmatur, quia si alius sacerdotem impediret, ne baptismum conferret, posset ei dari pecunia vt cesset impedire, cur non etiā posset dari ipsi sacerdoti vt tollat impedimentum, q̄ ipse sibi per malitiā & auaritiā suā posuit? Confirmatur secundo. Licet sacerdotem illum fm(a) Adrianum inducere minis & precibus, cur non & pecunia? Confirmat tandē, quia omnia bona tēporalia concessa sunt homini, vt iuuent eum ad salutē cōsequendam: ergo si sacramentū ad salutem

mihī

a. supra

mihī necessarium non possim propter ministri malitiam aliter obtinere, quam dando mea temporalia, nihil inordinatum committam.

Dices: Si licet aliquid dare ad obtinendum sacramentū in huiusmodi necessitate, licebit ergo aliquid etiā spirituale vendere, si iniquus ille sacerdos postulet?

R. Non sequi, quia præterquam quod venditio est emptione longe deterior, si vellet sibi rem spirituale vendi, & non gratis dari, censeretur id velle in contemptum religionis, & per consequens videretur quis prauitati eius morem gerere, quod nullo modo licet.

QVÆSTIO VII.

Utrum pastores teneantur omnibus paruulis peste infectis baptismum ministrare?

Quæstionis explicatio.

Diximus, qui teneantur baptismum tempore pestis ministrare, siue ex iustitia siue charitate: Ordo postulat ut inquiramus an omnibus omnino infectis obligentur; non desunt enim à quorum ministracione, pastores forte viderentur posse excusari, de quibus idcirco particulatim consequenter videbimus.

Responsio.